

XCIX In promisso herbarum mirabilium, occurrit *Aegyptus* ^{Fig. XXIV}
 aliqua dicere et de magicis. Quae enim mira-
 biliores sunt? Primi eas in nostro orbe celebra-
 vere Pythagoras atque Democritus, consecra-
 ti Magos.

V. . . . Composuit et Democritus, ambo peragratis ^{Fig. XXV}
 Persidis, Arabiae, Aethiopiae, Aegyptique Magis:
 adeoque ad haec attonita, antiquitas fuit, ut af-
 firmaret etiam incredibile dictu. Xanthus hi-
 storiarum auctor, in prima eorum tradit, occisum
 draconis catulum revocatum ad vitam a haren-
 te herba, quam balin nominat. eademque thylo-
 nem, quem draco occiderat, restitutum saluti: et
 Juba in Arabia herba revocatum ad vitam ho-
 minem tradit. Dixit Democritus, credidit Theo-
 phrastus, esse herbam, cujus contactu illatae abe-
 litae, quam retulimus, exilliret cuneus a pastoribus
 arbori adactus: quae etiamsi fide carent, admi-
 rationem tamen implent; coguntque confiteri, mul-
 tum esse. quod vero supersit. "